



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Quartus Imperator Taikengus. Imperavit annis XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

augurationem anno diem obiit supremum, veris Imperatoris populique totius lacrimis deploratus; & KIUTANUS peritiam rerum gerendarum adeptus. felici successione defuncti desiderium mitigavit. Magno quidem usui VOTINSO fuit; omnia cum domi. tum foris recte atque ordine agebantur. Tantum unius viri virtus valet, si in Principem incidit, veri capax.

QUARTUS IMPERATOR
T A I K E N G U S.

Imperavit annis XXV.

TRES deinceps Imperatores sequuntur, de quibus nihil memoriâ dignum reperio, præter annum, quo quisque coepit imperare, quoque desijt. Primus TAIKENGUS VOTINGI filius, videtur sine prole mortuus, quippe cui defuncto frater natu minor successisse scribitur.

Cyclo 17. anno
47. ante Chri.
sum 1691.

QUINTUS IMPERATOR
S I A O K I A V S.

Imperavit annis XVII.

TAIKENGUS frater fuit; neque aliud de ipso exstat.

Cyclo 18. anno
12. ante Chri.
sum 1666.

SEXTUS IMPERATOR
Y U N G I E U S.

Imperavit annis XII.

ET hic antecedentis frater, deficiente Sobole sceptri hæres fuit, ex aliâ tamen matre natus.

Cyclo 18. anno
29. ante Chri.
sum 1659.

I 2

SEPTI-